

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Laus o cum uariis

Dicit sermo diuinus ne laudaueris hominem in uita sua, tanquam si diceret: Lauda post mortem, magna post consumptionem. Duplici tamen ex causa utilius est hominum magis memorie laudem dare quam uite ut illo potissimum tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio nocet, nec laudatum elatio temptet. Lauda ergo post periculum, predica securum; lauda nauigantis felicitatem, sed cum peruenerit ad portum; lauda ducis uirtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Quis autem diues possit hic sine trepidatione laudari qui et de preterito meminit se habere quod doleat et de futuro uidet sibi superesse quod timeat?

Ambrosius in natali sancti Eusebii.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Laus o] Laus n P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ex *om.* C; hominum] homini P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; magis *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; nocet] nouet V<sup>2</sup>, mouet L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; elatio temptet] tentet elatio P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; periculum] pericula P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; est *om.* (*cor. in marg.*) M; diues *om.* (*cor. in marg.*) B; doleat] deleat L<sup>2</sup>